Quelle: http://manuscripta.at/?ID=387
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

te quid sum. et audite magnum interiorem. Ego plantaui. apol
lo rigauit. sed ds incrementum dedit. Neque qui plantat est aliq
neque qui rigat. sed qui incrementum dat ds. Hoc igitur uobis dicimus.
siue plantam. siue rigem loquendo. non sum aliquid. sed ille qui
incrementum. idem unctio illius qui docet uos de omnibus. Explicit
tractatus tertius sancti augustini ex epla supra dicti apli et euangelii.
Incipit tractatus. iiii. eiusdem de iiii. feria sancti paschae. de supra dicta
epla supra memorati apli ab eo qd scriptum est. Vnctio ipsius
docet uos de omnibus. et uerax est. et non est mendax. et sicut docuit
uos permanete in ipso. et nunc filioli permanete in eo. et cetera
usque ad id qd ait. Qui facit iustitiam. iustus est. sicut et ille iustus est.

QVI FACIT
peccatum. de diabolo est. quia ab initio diabolus
peccat. In hoc manifestus est filius dei. ut soluat opa
diaboli. Meministis fres hesternam lectionem ad hoc
terminatam qa non habetis necessitatem ut quis do
ceat uos. sed ipsa unctio docet uos de omnibus. Hoc autem sic re
cordari uos certus sum sicut exposuimus uobis. quia nos qui
forinsecus loquimur. ad aures uras. ita sumus quasi operari ad hi
bentes culturam forinsecus ad arborem. sed incrementum dare non possumus
nec fructus formare. ille autem qui uos erudiuit. et redemit et uo
cauit per fidem. spiritum suum habitans in uobis. nisi loquatur in
uobis intus. sine causa nos perstrepimus. Vnde hoc apparet. qa
cum multa audiunt. non omnibus intimat persuadet qd dicit. sed illis
solis quibus intimat loquitur ds. Illis autem intus loquitur qui ei locum
praebent. illi autem locum do praebent. qui diabolo locum non praebent. Ha
bitare enim uult diabolus in cordibus hominum. et loqui omnia
que ualent ad seductionem. sed quid ait dns ihc. Princeps huius
mundi missus est foras. Vnde missus est. Numquid extra ce
lum et terram. Numquid extra fabricam mundi. sed extra corda
credentium. foras misso in uasore habitare redempto. quia ip